

in sacris affectatione, hic habes, quando non ingrati eorum
lectionem habitura videbaris. Adde Tabellam Netschardii
nostri, cujus artificio magis delectaberis; accedit ejusdem
ectypum a manu primogeniti mei, et ab eadem ^{cuiusdam} sorore
ejus, unica mea tui sexus, item Anglicae ^{vultus} ad insigne
exemplar Dijkii: denique et Christiani, sive ut vocari solet
Archimedis mei, effigies Anna Bergerotta eximia Musical
Romana, quam Lutetiae saepe numero admirati sumus.
nec non Comalia, quae nunc Amersforti vinit. Regi
nam Magnae Britanniae, quae nunc a nos penitus decessit
procul ab ista forma est, pinxit egregius olim artifex
Hoskins, quem ante annos quadraginta et quod excurrit
Londini novi, alteram etiam nobilem Anglicanam duode
cim tum Liberorum matrem. Ecce capsulas meas ex
cussi, ut momento te oblectes, ubi a gravioribus studiis
lassula surrexeris, nimirum a commercio tot literarum,
quibus te fatigat orbis universus. De singulis hisce, quid
sentias, quod commodo tuo fiat, gaudebo scire. Vale
nostrum decus. Hagae Com: vi. Id: Sept: 1669.

Addictissimus tibi.

Schurmanae

Nobilissima Domina
Annae Mariae a Schurman.

(510)

C. H.
Obstupui, nobilissima Virgo, et erubui, cum hoc Poema
tuum, cujus praecipue cupida videbaris, neglexisse me
reperi fasciculo nuper misso includere. Ignosce precor
culpa non maxime supinae. Interpellantium amice
rum qui tum forte circumstabant, garrulitate com
missa fuit. Vale IV. Id: Sept: CIOIDCLXIX.

Fronovio.

Amplissime ac Doctissime Vir.

(511)

Capelani nostri quod vides Epistolium pertulit ad me Archime
des meus, quem e Gallia et gravi morbo reducem, saluum
hic Dei gratia tanumque possideo, summam meam voluptate
et gaudio, cujus te participem fore non ausi indubitare.
A. Gellium si inter membranas meas repetitus fuisset, illi
misissem. non fuisset, et Republicae literariae, et mea praecipue
causa doleo, quod hanc occasionem tibi tanto amico gratifi
candi occupare non contigerit, cujus rei quod solo silentio
iudicium fecerim, non te inscitiam literarum mearum obtra
dendo certus sum te in bonam partem accepturum, Vale
Vir summe, et me amare nunquam desine. Hagae
XVII. kal: Octob: CIOIDCLXX.

Clarissimo